

R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.




Vod eloquentiæ Romanæ Parens in quâdam ad L. Lucejum
epistola inquit: Qvi semel verecundiæ fines transgressus est, eum benè ac gnaviter o-
portet esse impudentem, id ipsum

CHRISTIANUS KRAMER, Penicensis

suum fecisse videtur. Postquam enim sub Receptoratu non uno perfriatâ fronte contra
dictum à se Sacramentum leges Academicas facinoribus variis perfregisset, non contentus eo, cum Sere-
nissimus Magistratus de disciplinæ vinculo arctius adstringendo, & severius, quàm factum fuit, in delin-
quentes animadvertendo ad Academiâ suarum ditionum toties graviter rescripsit, cum tabulis publi-
cis exactionibus & exagitationibus juniorum, præsertim his nudinis ex aliis locis adventantium, sub
comminatione pœnæ gravissimæ interdiximus, nihilominus, abjectâ omnium DEI, tum Magi-
stratus reverentiâ, excelsâ manu contravenit. Juniori siquidem, vel Scholari caudam, ceu vocat hoc
genus hominum malefactorum, amputaturus, eum, qui patrociniû imbellis suscepit, verbis & ver-
beribus aggressus, per plateam Petrinam in forum usq; persecutus, in ædes Spenglerianas, quorsum
fugiens se receperat, impetum se facturum minatus est, nisi præsens, in quem bilem & stomachum effun-
dat, sibi sistatur. O frontem effrontem! Nonne DEI & sanctorum Angelorum præsentia, nonne su-
premi Magistratus tot interdicta, tot Magistratus Academici severissimæ prohibitiones, nonne quod sub
sinistra mamilla juramento devincti salit, nonne conspectus bonorum omnium ex variis locis undiq;
confluentium, nonne pœnæ exemplares oculis tuis obversantes à scelere tam nefario te retrahere de-
buissent? Verùm cum ad ejusmodi pacis publicæ violationem connivere nostrum non sit, & miseri-
cordia in malos crudelitas sit in bonos,

Te *CHRISTIANUM KRAMER*

ad biennium (in quo ipso tibi gratiam adhuc factam agnoscas) ex hac Academia relegamus, ut absq;
interposita mora, priusquam adhuc sol aboriat, portâ excedas, nec hos Musarum alveolos, antequam
præterlapsus fuerit jam dictum temporis spacium, contingas, vigore præsentium edicentes. In hoc
exemplum alii, præsertim de quibus, quod insuper habito nostro interdicto, nihilominus antiqvam
ludant fabulam, certiores evadimus, intueantur. Hi sciant, nos accuratissimè in tales inquisituros, quem-
cunq; deprehenderimus, fontibus reliquis collateralem ex publico loco vel crastino die affixuros, vel
etiam graviori pœnâ exemplum aliis esse, objecturos. P. P. VII. Id. Maji, anno M DC LXI.



R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Vod eloquentiæ Romanæ Parens in quadam ad L. Lucejum



dictum à se
nissimus M
quentes an
cis exactio

... & exagitationibus juvenum, præsertim his, quibus ex aliis locis adveniantibus, sub
comminatione pœnæ gravissimæ interdiximus, nihilominus, abjectâ omnium DEI, tum Magi-
stratus reverentiâ, excelsâ manu contravenit. Juniori siquidem, vel Scholari caudam, seu vocat hoc
genus hominum maleficatorum, amputaturus, eum, qui patrocinium imbellis suscepit, verbis & ver-
beribus aggressus, per plateam Petrinam in forum usq; persecutus, in ædes Spenglerianas, quorsum
fugiens se receperat, impetum se facturum minatus est, nisi præsens, in quem bilem & stomachum effun-
dat, sibi sistatur. O frontem effrontem! Nonne DEI & sanctorum Angelorum præsentia, nonne su-
premi Magistratus tot interdicta, tot Magistratus Academici severissimæ prohibitiones, nonne quod sub
sinistra mamilla juramento devincti salit, nonne conspectus bonorum omnium ex variis locis undiq;
confluentium, nonne pœnæ exemplares oculis tuis obversantes à scelere tam nefario te retrahere de-
buissent? Verùm cum ad ejusmodi pacis publicæ violationem connivere nostrum non sit, & miseri-
cordia in malos crudelitas sit in bonos,

Te CHRISTIANUM KRAMER

ad biennium (in quo ipso tibi gratiam adhuc factam agnoscas) ex hac Academia relegamus, ut absq;
interposita mora, priusquam adhuc sol aboriatur, portâ excedas, nec hos Musarum alveolos, antequam
præterlapsus fuerit jam dictum temporis spacium, contingas, vigore præsentium edicentes. In hoc
exemplum alii, præsertim de quibus, quod insuper habito nostro interdicto, nihilominus antiquam
ludant fabulam, certiores evadimus, intueantur. Hi sciant, nos accuratissimè in tales inquisituros, quem-
cunq; deprehenderimus, fontibus reliquis collateralem ex publico loco vel craftino die affixuros, vel
etiam graviori pœnâ exemplum aliis esse, objecturos. P. P. VII. Id. Maji, anno M DC LXI.